

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 1. Nihil prodest Beneficium Ecclesiasticum, quod non est
canonicè obtentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

Authoritas.

Desumptum est ex Concilio Lateranensi sub Leone IX. in Bulla reform. & communī sensu Authorum.

Ratio.

Quia Beneficium datur propter officium, cūm nihil aliud, quām Jus perpetuum percipiendi redditus ex bonis Ecclesiae ratione spiritualis officii, Ecclesiastica authoritate constitutum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam illū teneri ad Officium, qui non omnes fructus Beneficii sui, sed talem duntaxat partem quæ ad sustentationē sufficit, habet, ut Bonac. apud & cum Leibniz. Bonac. l. 4. c. 2. du. 1. docet.

Deducitur 2. Etsi aliqui non improbabiliter ab officio divino recitando excusent eos, qui tenuerū a deo Beneficium possident, ut ad sustentationem non sufficiat, contrariamē sententiam communiorē & menti Ecclesiastica Beneficium conferentis conformiore esse, eò quod Jura indistincte omnibus Beneficiatis eam obligationem imponant; tales item verè etiam sint Beneficiati.

Deducitur 3. Eum, qui culpabiliter omittit officium ad restitutionē partis fructuum officio omisso respondentibus & pauperibus faciendam obligari, uti Concilium Lateranense cit. & Bulla Pii V. decreverunt.

§. II.*De Principiis ad Beneficium Ecclesiasticum Spectantibus.**PRINCIPIVM I.*

Nil prodest Beneficium Ecclesiasticum, quod non est Canonice obtentum.

Sensus.

Hoc est, jus percipiendi redditus Ecclesiasticos nec sicut nec validē percipere ac possidere potest, qui illud vel per legitimum electionem, vel postulationem, & confirmationem.

Leone
1.
n nihil
bonis
uthoritatis
cium, qu
at part
& cum
ab offici
eneficium
ariam
Benefici
astinat
; tales v
fficium ad
decotis fa
Concilium
ticum
quod
er lice
el per lo
ationem
ve

per collationem simplicem, vel ad præsentationem Patrōi Ecclesie factam non obtinuit; hæc enim per Canonum institutionem intelliguntur, uti ex toto titulo de Insti-
tutione colligitur.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. de reg. Juris, illudque de-
monstrant communiter Doctores.

Ratio.

Quia in Ecclesiam Dei non debet esse alius ingressus,
nam per Ostium, cuius Claves Præfectis Ecclesiarum com-
munitur, ergo, cum hi non intromittant, nisi per Canonis-
mum Institutionem, rectè infertur, invalidum esse Beneficium,
qui non est Canonicè obtentum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui non servatà formâ electio-
ne vel per Simoniam, vel ab eo, qui Jus non habuit, electus
ad Beneficium, non posse illud validè & licitè retinere, uti
ex cap. quia propter 4a. de elect. & cap. Sacrosancta § 1. cod.
colligitur.

Deducitur 2. Nec cum, qui à Patrono Laico absque au-
toritate Superioris Beneficium obtinuit, validè illud possi-
re, uti decisum habetur in c. 4. 8. 10. 15. de Jure Patronatus,
ut Clerici tali modo Beneficia recipientes communione pri-
matur.

Deducitur 3. Nec Beneficii nondum vacantis collatio-
nem validam esse, uti ex c. 2. de concess. præb. colli-
guntur.

PRINCIPIUM II.

invalidè possidet Beneficium, quem Jura non
agnoscunt idoneum.

Sensus.

Hoc est, qui ætatem, scientiam, Clericatum, probitatem,
et qualitates ad Beneficiatum ab Ecclesia requisitas
non habet, non potest bonâ conscientiâ Beneficium possi-
dere.